Magi. Sapientes, philosophi, scrutandis rerum causis, et siderum contemplationi dediti, non Magi præstigiatores et infames addicti. Plures fuisse certum est. An reges propria fuerint, ambigi dispendium non putavit cum ea de re sileat Evangelium. Magos tamen adoratores Christi dynastas fuisse ac regulos probabile est. Unde a Patribus et auctoribus Ecclesiasticis reges appellantur. Quos quissimus Tertullianus l. 3. contra Marcianum c. 13 ait manerant enim orientales et. Nam et magos reges [illegible]

Ab oriente Ex regione aliqua, quæ Judææ respectu orientalis erat, quam alii Arabiam felicem, alii Persidem fuisse volunt, alii Chaldæam vel Mesopotamiam. De re circa quam Patres et interpretes sunt varias in sententias abiere, contendere nolumus nec [illegible] necesse est, quod Evangelium non explicuit, nec ullius est momenti ad salutem vide quæ scripsimus in Synopsi hist. Eccl. [illegible] primi sæc. c. 1. art. 8

De stella quæ duxit magos vide S. Thomam 3. p. q. 36. a. 7.

4. Et congregans principes sacerdotum, id est capita familiarum sacerdotalium viginti quatuor in numero, ad grand concilio quod Sanhedrin vocant, in quo tractabantur ea, quæ ad religionem et legem spectarent. Senatores ordinarios, de quibus [illegible] et scribas populi id est γραμματεῖς quorum officium erat scripturas sacras incorrupte servare, scrutari, populo legere, exponere ad quorum officium alludens Christus, Ideo inquit, omnis scr. doct. in r. c. [illegible] Matth 13 [illegible]

Hoc sensu Esdras (1 Esdr. 7.) scriba legis dei cœli doctissimus vocatur.

Ubi Christus nasceretur, id est, ubi nasci deberet Messias Rex secundum propheticum oraculum

6. Et tu Bethleem Juda, secundum Michææ vaticinium Et tu Bethleem terra Juda ~~[illegible]~~ nequaquam minima es in principibus Juda ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Prima fronte dissensio hic esse videtur evangelistæ cum Propheta, cujus vaticinium his verbis conceptum est: et tu Bethleem Ephrata, parvulus es in millibus Juda. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis. Verum nullam inter sacrum utrumque scriptorem dissensio est. Prophetæ vaticinium ejus verbis referre noluit S. Matthæus, seu evangelicam vocationem, et verba scribarum. Propheta dixerat, et tu Bethleem Ephrata quia eo nomine etiam alia vocabatur, Scribæ vero explicationis causa dixerunt et tu Bethleem terra Juda, quia erat, et alia Bethleem in tribu Zabulon, ut superius observavimus. Propheta dixit. Parvulus es, quod Scribæ vel per interrogationem [illegible] ironiam dictum esse intelligentes clarissimo sensu expresserunt, Nequaquam minima es. Propheta dixit in millibus, id est in chiliadibus in quas singulæ tribus divisæ erant jam a temporibus Moysis, juxta consilium Jethro. Scribæ reddiderunt In principibus, principes substituendo pro chiliadibus, seu millibus quibus præerant; ut causam exprimerent, cur Bethleem non erat minima, quod nempe ortu principum nobilitata esset, quia jam ex ipso prodierat, scilicet Abesam, Booz, Isai, David, sed maxime ortu Messiæ nobilis evasura. Unde hoc explicantes subdunt ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Dux scilicet ille a deo Israelitis promissus Emmanuel expectatus, toto pene desiderantur.

11. Et apertis thesauris suis seu thesaurorum thecis .. offerunt puero aurum, thus, et myrrham, [illegible] et offerunt solita magnatibus a subditis, et Arabiæ regulis Ps 71. Reges Arabum, et Saba dona adducent. Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, et adorabunt de ipso semper. Et Isaias, 60. 6 super te orietur dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes

12. Ne redirent ad Herodem, ne puerum et seipsos periculo exponerent, per aliam viam etc.

15. Ex Ægypto vocavi filium meum, quod typice de populo Israel, de Christo proprie dictum est, vel in populo Israel typice impleta est ergo prophetia in populo, velut in typo; impleta in Christo est velut in antitypo. Quamobrem illam de Christo S. Matthæus recte interpretatus est, qui potiori titulo Dei filius, quam Israel; genitus quippe in lucem illo gignendus ex utero ante luciferum, adeoque non adoptivus, sed naturalis; qui propterea deo gratior est populo, cum non nisi per illum et propter illum populus deo gratus esse possit. Septuaginta verterunt: ex Ægypto vocavi filios ejus, variante in codd. codicibus Hebraicæ vocis lectione, sed S. Matthæus prophetæ citavit oraculum juxta Hebraicam veritatem

16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a magis Sic visum est Herodi, quamvis ipsi illudere magi non statuissent sed deo mandato parendum illis fuisset prohibentis ne redirent ad [illegible] instruendum insidias puero struentem

Natalis Alexander in Cap. 1. Matth.

5 N — Vulgata enim lect. vetustissima ... emendatio mea conjectura, nullius codicis auctoritate nixa. Nec tantum ... mittendum, et conjecturis nostris in libros sacros, nec infirmis vacillandi, precariis ... omnibus de sacri textus auctoritate dubitandi detur occasio.

Et fratres ejus. Jechoniæ pater plures fratres habuit, Jechonias filius nullos. Ideo porro fratrum Jechoniæ prioris in genealogia Salvatoris facta mentio, vel quod omnes ad regiam dignitatem evecti fuerunt, primo Joachaz, deinde Joachim, tertio Sedechias: vel quod in illorum tempora insignes et extraordinariæ prorsus mutationes inciderunt, et omnes eandem cum Jechonia patre sortem experti fuerint, tragicos nimirum exitus. Omnes enim a regibus ... avitis exturbati, et quidam hac, quidam illac captivi abducti fuere. Unde non sine causa transmigrationis meminit S. Matthæus. Joachaz enim in captivitatem conjectus a Pharaone, Sedechias a Nabuchodonosore Babylonem pertractus narratur ibidem eque ac Jechonias nepos; Jechoniæ pater sive Joachimus vinctus dicitur a Nabuchodonosore ut in Babylonem deportaretur, ibidem, et Ezech. 19.

In transmigratione Babylonis. Idest imminente transmigratione, quæ facta est tertio mense regni Jechoniæ filii Joachim ut narratur 4 Reg. c. 24. Una vero dicitur transmigratio, quamvis plures fuerint, eo quod intra paucos annos omnes acciderint, et potius una, quam diversæ videantur, cœpta scilicet sub Joachimo, continuata sub Jechonia, consummata sub Sedechia.

. Et post transmigrationem Babylonis, tempore scilicet exilii, in ipsa captivitate Babylonica.

11 Salathiel autem genuit Zorobabel. Non de Salathiele sed de Phadaja Salathielis fratre ortum Zorobabelem legimus 1 Paral. c. 3. v. 19. An alius ab isto Zorobabel Matthæi, ut Tostato Abulensi Episcopo visum? Id quidem ... nam Zorobabel Matthæi genuisse dicitur filium Abiud, Luce vero Resa ... interfilios Zorobabelis nullus nominatur Abiud. An Salathiele absque liberis defuncto, Phadajas frater ejus ... ductâ ejus uxore semen ei suscitavit ob idque Zorobabel ex eo genitus censetur filius Salathielis non Phadajæ, quamvis ab hoc proprie genitus fuerit? An Sanctus Matthæus aliud et ejus posteros non ex Paralipomenon quidem libris, sed ex tabulis genealogicis recensuit quæ apud Judæos maxima cura servabantur? An forte binomines fuere majores illi Christi, quorum nomina cum iis qui in libris Paralipomenon recensentur non conveniunt? Probabiles quidem responsiones illæ, sed difficultatem omnem ac scrupulum non eximunt.

10 Cur autem non antequam desponsaretur, seu nuberet Virgo concepit? S. Ignatius Martyr hanc affert causam, quam ... non satis ... refellere tamen vereor, cum ... illam Origenes et SS. Basilius et Hieronymus approbent, ut diabolo Christi partus celaretur, cum eum non de Virgine, sed de conjugata aliorum hominum more natum putaret. Latuit principem hujus sæculi virginitas Mariæ: et partus ejus, similiter et mors Domini. Tria mysteria clamoris, quæ in silentio Dei operata sunt (inquit S. Ignatius Ep. ad Ephesios.

18. Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto: contra consuetudinem, et præter omnem spem, expectationemque humanam Virgo gravida apparuit non uni Josepho, sed omnibus qui in illam oculos converterent. De Spiritu Sancto, non de Spiritus Sancti substantia, quasi Christi pater fuerit, sed ejus virtute.

21. Per prophetam dicentem (Isa. 7. 14.) Ecce virgo etc. Hujus Isaiæ vaticinii applicationem ad Jesum Christum a Sancto Matthæo factam a Judæorum cavillis vindicant patres et interpretes Christiani: primo auctoritate interpretum quos Judæi suspecti esse non possunt, scilicet versionis 70 interpretum, et Chaldaicorum paraphrastarum Onkeli et Jonathanis. 2.° ex vi et notione vocis Hebraicæ Haheleman, quæ non solum virginem, sed virginem absconditam, et diligenter custoditam significat, quæ nequidem virorum oculis pateat. Et nunquam in Scriptura nisi pro virgine usurpatur, ut Gen. cap. 16. de Rebecca virgine pulcherrima, et incognita viro et Exod. 2. 8. de Maria sorore Moysis. 3.° ex illis verbis, quæ propheta præmisit. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Nisi enim virgo maneret, quæ in utero habitura erat, sed communi ferret lege connubii ut puella filium conciperet, signum dici non posset, nec prodigii ... nomen. Plura vide in dissertat. nostra ... in Hist. Eccl. sæc. 1 ...

23 Et vocabunt nomen ejus Emmanuel. Apud Isaiam legitur vocabis. Sed Evangelistæ sæpe sententiam non verba veteris testamenti citare solent. Emmanuel. Hic ab eventu nomen imponitur.

Natalis Alexander Præfatione in Matthæum } 5

Sanctum Evangelium in manibus magis, ut Christi Jesu Domini ~~nostri~~ ac Salvatoris nostri præcepta re: } 1
legens, et exempla, his animum nutrirem, roborarem, consolarerque meum. Sermo illud studium tam
suave mihi est, ut aliorum studium quoddam mihi ereet, penèque me in alia incubuisse [illegible]
nisi et illa sacra erant, eaque animo suscepta, ut Ecclesiæ quodammodo serviant. Quid dulcius quam Deum
loquentem audire, et in ejus verbo argumenta haurire sacrorum cum Divina ejus Majestate colloquiorum?
Nihil enim in hoc studii, ladonisque genere [illegible] existimo novitati, quæ nihil detrahi convenit ~~[illegible]~~
vetustati. ... Vulgatam versionem Latinam Ecclesiæ decretis [illegible] consecratam sequutus sum, quamvis et
Græcum textum, et Orientalium versionum vim (siculi quæ erant) adhibere non neglexerim.

[illegible] ex Moralibus

In Cap. sec Math.

1. Evangelium definiri solet ab Ecclesiasticis tractatoribus bonum nuntium, quo peccatores ad indulgentiam per Christum
vocantur. Cum vero Evangelii nomine in novo Testamento Evi nomen pro re ipsa [illegible], quæ nuntiatur, quandoque pro [illegible]
Christi, alias pro prædicatione: hic usurpatur pro historia, quæ Evangelium, i.e. Christi ad homines adventum, ut inter hom[ines]
conversationem, vitam, gesta [illegible] præcepta, passionem, mortem, resurrectionem describit et narrat.

2 Exemplar Hebræum Matth. [illegible] Hieronymi ætate in Cæsareensi Bibliotheca adhuc servabatur. Exinde periit. Græca versio [illegible]
temporibus Apostolorum [illegible] habetur [illegible]. [illegible] auctor incertum est. S. Hieronymo judice. Minus enim
probabile videtur quod habet additio synopsis S. Athanasii asscripta S. Jacobum [illegible] Evangelium Matthæi
interpretatum fuisse. Qua enim necessitate, vel qua occasione pro Hebræis regendis ab Apostolis scriptum Evangelium [illegible]
lingua vernacula [illegible] donaret?

[illegible]

1 Liber Generationis. i.e. series progenitorum, sive Majorum Christi secundum carnem. Liber scilicet interdum usurpatur
Scripturæ phrasi pro descriptione quavis, narratione, sive catalogo, sive parvo volumine, sive schedula tantum, vel
Epistola continetur. Hinc Matth. 19. libellus repudii, et Jerem. 32. Liber emptionis, et possessionis. Vel Liber generationis
Jesu Christi, i.e. liber de vita Christi. Non solum enim generationis actum, aut genealogiæ seriem nomen hoc
Hebraicum Tholedoth significat, sed totum vitæ cursum, et quidquid homini accidit in vita. Hoc sensu Noe dicitur (Gen.
[illegible]) vir justus atque perfectus in generationibus suis.

3. Filii David, filii Abraham. Hi duo potissimum ex Christi progenitoribus a S. Matthæo memorantur, quia alter caput erat
gentis Judaicæ, ex qua Christus, alter familiæ.

4 Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Non solum Judas, a quo Christus genus duxit et de cujus tribu ortus est, cujusque
[illegible] genti nomen dedit etc. sed et Judæ fratres in Christi genealogia recensentur, non tanquam Christi parentes, sed tanquam
regni ejus, et reipublicæ conditores.

5 Salmon genuit Booz de Rahab. Booz [illegible] in sacro libro Ruth, et [illegible] celebratur. Rejiciendi namque Lyrani
interpretis aliorumque eruditi [illegible] tres Booz admittentis contra Scripturæ fidem. Nec vero incredibile est quatuor homines
nempe Salmonem, Booz, Obed, et Jesse trecentorum sexaginta sex annorum spatium inter se vivendo fuisse [illegible], eo
præsertim tempore: quo hominum vita sive naturæ ~~[illegible]~~ vi, sive temperantia longius protendebatur.

8 Joram autem genuit Oziam. Tres ibi reges prætermitti. Joram enim immediate non genuit Oziam, sed Ochoziam, Ochoziæ
Joam, Joas Amasiam, ut constat ex libris Regum, et Paralipomenon.
Ochozias quidem genitus dicitur ex Athalia filia Amri Regis Israel 4. Reg. 8. [illegible] hæc Amri filia vocatur, hoc est neptis
Hebræorum more! Fuisse autem revera filiam Achab qui erat filius Amri constat ex tert. Reg. C. 16. v. 28. [illegible]
et 4 Reg. C. 8. v. 16. et [illegible]

11 Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonis. Ex libris Regum et Paral. constat Josiam [illegible]
habuisse filios quatuor, diversorum plane nominum, Johanam, qui et Joachaz; Joachim, qui et Eliachim; Sedechiam
qui et Mathanias, et Sellum. Qua ergo ratione Josias dicitur genuisse Jechoniam? probabilis responsio est Joachim
Josiæ filium fuisse binominem, et dictum etiam Jechoniam, ut SS. Epiphanio [illegible] 6. S. Ambrosio in Cap. 3. S. Luc. et
S. Hieronymo visum est et duos Jechonias fuisse unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione
genitum, patrem, et filium: Evangelistam neutrum suppressisse, sed utrumque uno nomine indicasse euphoniæ gratia.
Patrem in fine secundæ tessaradecadis, filium initio tertiæ, ut etiam S. Augustino (l. 2. de Cons. Ev. c. 4.) placet.
Joachim certe Josiæ filium author libri tertii Esdræ C. 1. v. 34 Jechoniam vocat. Vel dicendum cum S. [illegible]
generationem unam Scriptorum incuria prætermissam fuisse post hæc nimirum verba Jechonias, et fratres ejus in
12 transmigratione Babylonis, hæc intercidisse. Jechonias autem genuit Jechoniam. Sed prior responsio melior est.

[illegible] V

Sylva 3.a.

¶. Excerpta ex expositione Sancti Evang. secundum Matth. Natalis Alexandri.

[illegible]

Excerpta ex comment. S. Ambr. in Lucam

S. Ambrosius l. 3. in Lucam.

— Tamen ne hic quidem equum aliquem scrupulum aut naufragium invenias veritatis, duos [illegible] hoc est duos Jechonias fuisse historia indicat, unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, idest Patrem, et filium. Ergo pater inter generationes superiores computatur, qui successit Josiæ filius inter posteriores, qui successit patri, idest nepos Josiæ. Duos autem fuisse Regnorum libri indicant. Sic enim scriptum est (4 Reg. 23.) et constituit Pharao [illegible] super Judam et Jerusalem Eliachim filium Josiæ regem pro Josia patre ejus et convertit nomen ejus [Joach]im, et undecim annos regnavit in Jerusalem et [illegible] subiecit: et reliqua verborum Joachim et omnia quæ fecit nonne scripta sunt in libro sermonum dierum regum Judæ (4 Reg 24) et dormivit Joachim cum patribus suis, et regnavit Joachim filius ejus pro eo. Filius decem et octo annorum erat Joachim cum regnaret, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem, nomen matris ejus Nestha et omnia quæ fecit sub oculis domini pater ejus & ipse fecit, et in diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem. [Vi]des igitur, quod [illegible] fuerit Josiæ filius alius nepos: filius ille cujus Pharao nomen convertit: nepos iste, cui Jeremias nomen imposuit (c. [illegible]) qui et patris vocatus est nomine. Non igitur suppressit alterum Evangelista, sed utrumque signavit, quod uterque Jechonias dictus sit. Ita addito juniore Jechonia generationes quatuordecim computavit. pag. 54.

Libro 4.° in Luc.

Luc. c. 4 v. Quadraginta diebus nihil manducavit. Unde si quis Evangelii gloriam, [illegible] resurrectionis optat, [illegible] mystici jejunii prævaricator esse non debet: quod et in lege Moyses, et in Evangelio suo Christus utriusque testamenti autoritate præscripsit fidele virtutis esse certamen

2. Et consummatis illis esuriit. Ut adversarium lacesseret jam timentem, qui quadraginta dierum fuerat jejunio vulneratus. Et ideo fames domini pia fraus est, ut in quo diabolus majora metuens jam cavebat, fames ipsa [illegible] tentaret ut hominem, ne impediretur triumphus. Simul illud docere mysterium sancti Spiritus quis hoc est divinum [illegible] judicium, ut tentandum se diabolo Christus offerret.

3. Dixit autem illi diabolus. Tria præcipua docemur esse tela diaboli, quibus ad convulnerandam mentem hominis consuevit armari, gulæ unum, aliud jactantiæ, ambitionis tertium: Inde autem cœpit, unde jam vicerat. . . . Si vide arma Christi, quibus tibi non sibi vicit. . . . Vides quo genere utitur armorum quo hominem a spiritalis nequitiæ incursione defendat adversus immoderatæ gulæ septum, atque munitum. Non enim quasi Deus utitur potestate (quid enim mihi proderat?) sed quasi homo commune sibi accersit auxilium, ut divinæ pabulo lectionis intentus famem corporis negligat, alimentum verbi cœlestis acquirat . . .

Sequitur jactantiæ telum, quo proclive delinquitur, quia dum homines gloriam virtutis suæ jactare desiderant, de loco meritorum recedunt, et statione decedunt. Et duxit illum in Hierusalem, et statuit eum supra pinnam templi. Hoc quidem (Matt. 4) hoc quidem est jactantiæ, ut dum se putat unusquisque ad altiora conscendere, sublimium usurpatione factorum ad inferiora trudatur. Et dixit illi si filius dei es, mitte te hinc deorsum. . . . Simul in[telligimus] [illegible] suam diabolus, malitiamque designat, quia nemini nocere potest mittere deorsum, nisi ipse se miserit . . .

[illegible] Propè criminum omnium fontes tria [illegible]

13. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Neque enim consummatam omnem tentationem scriptura dixisset, nisi in his tria genera demonstrarentur esse vitiorum . . . [illegible] quorum semina in ipsa origine sunt cavenda. . . . Recessit, inquit ab illo usque ad tempus: postea enim non [illegible], sed aperte pugnaturus advenit

14 Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam. Completur hoc loco prophetia Esaiæ dicentis Regio Zabulon et terra Nephtalim, et cæteri [illegible], et trans Jordanem Galilææ gentium populus qui sedebat in tenebris, vidit [lucem] magnam. Quæ est enim lux magna, nisi Christus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

27 Et multi leprosi erant et [illegible] [illegible] non [illegible]

30 Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Simul intellige non ex necessitate [illegible], sed voluntate [illegible] nam nec captum a Judæis, sed a seipso oblatum. Etenim quando vult capitur, quando vult elabitur, quando vult suspenditur, quando vult non tenetur. Et hic in supercilium montis præcipitandus ascendens, et [illegible] per medium [illegible] subito [illegible] furentium mente descendit

Cap. 5. in illud Matth. c. 17. [27] Mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle. Magnum quidem est, spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subjecti, ne quis constitutionem regis terreni putet esse solvendam: si enim censum dei filius solvit, quis tu tantus es qui non putes esse solvendum? Et ille censum solvit qui nihil possidebat: tu autem qui sæculi sequeris lucrum cur [illegible] non recognoscis [illegible] quidam [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

S. Ambrosius in Lucam l. 5.

c. 5. 12. Domine si vis potes me mundare. In voluntate Domini posuit potestatem. De voluntate autem Domini non quasi pietatis incredulus addubitavit, sed quasi colluvionis suæ conscius non præsumpsit

13. Et extendens manum tetigit illum. Lex tangi leprosos prohibet. sed qui dominus legis est, non sequitur legi, sed legem facit. Non ergo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat: sed ut probaret quia [illegible] non erat legi. Nec contagium timebat, ut homines, quia contaminari non poterat qui alios liberabat. simul ut e contrario lepra tactu domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem.

21. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Cum Judæi asserunt peccata a solo Deo posse concedi, deum utique eum confitentur, magnaque judicio perfidiam suam produnt: qui quem adstruunt, ut personam negant. itaque ab ipsis et operis sui dei filius accipit testimonium, et vocis suffragium non requirit: perfidia enim comperit, credere non potest.

c. 6. 12. Erat pernoctans in oratione dei. Orat ergo dominus non ut pro se obsecret, sed ut pro me impetret. Nam etsi omnia posuerit pater in potestate filii, filius tamen ut hominis formam impleret obsecrandum patrem putat esse pro nobis, quia advocatus est noster. Noli insidiatrices aperire aures, ut putes filium quasi infirmum rogare, ut impetret, quod implere non possit. Potestatis auctor, obedientiæ magister ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. ... Species tibi Christiane, datur forma præscribitur, quam debeas æmulari: quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere convenit, cum vis aliquod pietatis officium adoriri, quando Christus missurus apostolos oravit prius, et solus oravit? Nec usquam alibi, si non fallor, orasse cum apostolis reperitur, ubique solus obsecrat: dei enim consilium humana vota non capiunt, nec quisquam inferiorum potest esse particeps Christi.

13 Elegit duodecim ex ipsis, quos et apostolos nominavit. Disseere, quia mihi, non sibi invenit. Vocavit, inquit, discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos ad propagandum auxilium salutis humanæ per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul adverte cælestis consilium non sapientes aliquos, non divites, non nobiles; sed piscatores et publicanos quos dirigeret elegit. ne traduxisse prudentia, ne redemisse divitiis, ne potentiæ, nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur. ut veritatis ratio, non disputationis gratia prævaleret. Eligitur et Judas non per imprudentiam, sed per providentiam. Quanta est veritas, quam nec adversarius minister infirmat! Quanta moralitas domini, qui periclitari magis apud nos judicium suum, quam affectum maluit! Susceperat enim hominis fragilitatem, et ideo nec has partes recusavit infirmitatis humanæ. Voluit deseri, voluit prodi, voluit ab apostolo suo tradi: ut tu a socio desertus, a socio proditus, moderate feras tuum errasse judicium, perisse beneficium.

Matth. c. 5. 6 Beati qui esuriunt, et sitiunt justitiam. Sed quæ est ista fames justitiæ? Qui sunt isti panes, quos esurit justus ... Qui esurit, utique virium quærit augmentum. ... Post hæc beati inquit, misericordes. justitiam enim sequitur misericordia. Unde dictum est: dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in ~~seculum seculi~~ æternum.

Matth. c. 5. 3. Beati pauperes spiritu. Humilitas enim spiritus divinæ virtutum sunt

24 Verumtamen væ vobis divitibus qui... tamen non eos qui habeant divitias, sed eos qui uti his nesciant sententia cælestis auctoritate condemnat. Non census igitur, sed affectus in crimine est. Et quam: quod tota ætate cupiditas miserabilis sollicitus avari mens tendat exercitus, et quo nullum genus gravius est successurum profutura compendiis, anxio timore reservet, tamen quoniam avaritiæ studia et desideria congerendi inani quadam voluptate pascuntur. qui consolationem vitæ præsentis habuerunt, remunerationem perpetuæ perdiderunt.

31. Et prout vultis, ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. Vicissitudo ipsa cumulatior est quando vobis actus æquantur. ... enim virtus mensuram gratiæ nec contenta referre quod acceperit vult cumulare quod sumpserit. ne inferior sit beneficio, licet æquetur officio. non enim cumulo tantum, sed ordine, et tempore ... pensantur, cum in beneficio pari prior sit qui prior cœpit: beneficus enim est qui gratiam ... ... qui rependunt.

27. ... tamen dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. ... cedere, aliud est amare inimicos, quam non æmulari. ... dominus et ... qui cum male ... non ... et Petro, ...

37. Nolite ergo judicare et ... Addit non temere judicandum, ne cum sibi conscius ... ... te ipsum cogaris ferre sententiam

... Servus autem, ibat cum illis. Quantum autem divinæ humilitatis insigne, ut ... Dominus nequaquam ... dignaretur Centurionis servulum visitare? ... denique alii Regulo dicit (Joan. 4.) vade filius ...

[illegible] : et scias ex [illegible] divinitatis, et humilitatis gratiam. Illi noluit pergere, ne in [illegible] filio videretur magis divitis detulisse, hic ipse perrexit, ne videretur in centurionis famulo conditionem despexisse servilem. Omnes enim servus et liber in Christo unum sumus (ad Gal. c. 3.)

9. Nec in Israel tantam fidem inveni ~~et quidem~~ [illegible] tripliciter legi [illegible]. In nullo [illegible] tantam fidem inveni in Israel. Et quidem si sic legas, in nullo tantam fidem inveni in Israel, simplex intellectus est. Sin vero juxta Graecos: nec in Israel tantam fidem inveni, fides hujus etiam electioribus et Deum videntibus antefertur. Videte autem [illegible] : [illegible] probatur fides domini et servi sanitas roboratur. Potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari; non solum fidei merito, sed etiam studio [illegible] ~~[illegible]~~

19. Tu es qui venturus es? Non simplex intellectus in simplicibus est verbis. Aliquin propositionis [illegible] compugnant: quomodo enim Joannes, quem in superioribus deo patre demonstrante cognovisse [illegible] nescit? [illegible] Aut enim [illegible] est divina [illegible], quem nescias aut de Dei filio [illegible] est. Non cadit igitur in talem prophetam tanti erroris suspicio. Itaque si intellectus simplicis [illegible] compugnat, [illegible] quaeramus figuram.

22. Et respondens dixit illis: ite renuntiate Joanni, quae audistis, et vidistis &c. Plenum sane testimonium quo dominum propheta cognosceret. De ipso enim, non de alio fuerat prophetatum: quia dominus dat escam esurientibus (ps. 145) dominus erigit elisos, dominus solvit compeditos, dominus illuminat caecos, dominus diligit justos, dominus custodit advenas, orphanum et viduam suscipiet, et viam peccatorum exterminabit. Qui ista fecerit, regnabit dominus in aeternum. Ergo [illegible] humana [illegible], sed [illegible] virtutis insignia sunt, caecis perpetuas nostrae tenebras aperire, defessorumque [illegible] vulnera [illegible] sanare, auditum auribus insinuare surdorum, [illegible] membra reformare [illegible] in lucem quoque refuso vigore vivendi revocare defunctos. Haec ante Evangelium vel rara vel nulla. Receperit [illegible] Tobias oculos, unus est in exemplum, et tamen angeli fuit illa medicina non hominis. Elias mortuum suscitaverit, ille tamen rogavit et flevit, et hic jussit. Eliseus leprosum [illegible] dari fecerit, non tamen illic valuit [illegible] auctoritas, sed figura mysterii. Non defecerit ad escam viduae esurientis prophetis se multiplicans farina praeceptis, unam tamen viduam farina illa [illegible] potius [illegible] quoque sacramenti species praefigurata servavit. Sed tamen parva adhuc ista dominicae testificationis exempla sunt, plenitudo fidei, crux domini, obitus, sepultura est. [illegible] illa superiora dixisset, addidit

23. Et beatus qui in me non fuerit scandalizatus. Crux etiam electis [illegible] posset afferre. Sed nullum hoc majus divinae personae est testimonium, nihil est quod magis esse ultra humana videatur, quam toto unum se obtulisse pro mundo [illegible] vel solo plene dominus declaratur.

28. Major [illegible] prophetis nemo est. Major [illegible] propheta in quo finis est prophetiarum. Major propheta, quia multi cupierunt videre quem iste prophetavit, quem iste conspexit, quem iste baptizavit. [illegible] Christus propheta, quomodo major [illegible] Numquid Christum prophetam negamus? Imo et dominum prophetam confitemur. Joannem autem prophetam esse [illegible] omnibus dico esse majorem; sed inter mulierum non virginis natos. Major enim fuit iis quibus aequalis esse potuit [illegible] nascendi. Alia ista natura est, nec cum humanis generationibus comparanda. Non potest homini cum Deo esse [illegible] [illegible] enim quisque praefertur. Denique comparatio cum Dei filio non poterat Joannis ulla esse collatio: unde et [illegible] Angelos aestimatur, non requiritur.

28. Qui autem minor est in regno ~~Dei~~ coelorum, major est illo. [illegible] [illegible] quoniam Angelum [illegible] dixerat, hominibus jam praelatus est. et [illegible] inter natos mulierum declaraverat [illegible] [illegible] tamen qui [illegible] in regno coel[orum] [illegible] ut Angelis [illegible] esse cedendum. et consentaneum [illegible]

6. Matth. 11. 12. Regnum coelorum vim patitur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] regnum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non est absurdum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ... Qui sunt igitur raptores illi, non laboramus intelligere. [illegible] ... Praecesserant [illegible] [illegible] [illegible] Judaeorum [illegible] dominus venerat ad oves perditas domus Israel, Apostolos destinaverat [illegible] populi [illegible] [illegible] [illegible] regni, [illegible] fuderat: sed cum illi munera sibi oblata despexerant, [illegible] et peccatores in Deum credere, in [illegible] coepissent. In hoc igitur Apostolica praedicatione regnum coelorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] regnum illud quod [illegible] sanguinis [illegible] nam cum dominus ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sanitatis remedii [illegible] Denique regnum illa Chananaea, quae [illegible] [illegible] clamabat dicens Miserere mei (Matth. [illegible]) filia mea male a daemonio vexatur [illegible] regnum [illegible] [illegible] [illegible] sapiens in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] rogat [illegible] negantem [illegible]. Nonne tibi videtur [illegible] et quod negatur, [illegible] quod [illegible] [illegible] quod voluit, impetravit, quod [illegible]

Sanctus Ambrosius in Lucam lib. 6.

In Cap. 7.

29 Et omnis populus audiens et publicani justificaverunt Deum, etc. Aperuit S. Lucas specialiter addidit quod quasi generationis S. Matth. (c. 11) inobscurum reliquerat. Ille enim ait: Et justificata est sapientia a filiis suis. Primum quæ sit illa sapientia hic videmus expressum: ait enim justificaverunt Deum. Deus ergo sapientia est, quia sapientia Dei filius est sapientia per naturam, non per profectum. Justificatur igitur Deus ipse per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo justificavit, sicut scriptum est: Dic tu iniquitates tuas, ut justificeris. . . Ergo is qui peccat, et confitetur peccatum justificat Deum cedens et vincenti, et ab eo gratiam sperans. In baptismate igitur justificat, in quo est confessio, et venia peccatorum.

35 Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Unde utique Græci sic habent: justificata est sapientia ab omnibus omnibus suis.

37 Mulier peccatrix attulit alabastrum. Unde ergo mulierem induxit S. Matthæus (cap. 26) supra caput Christi effundentem unguentum: et ideo hic noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix secundum Lucam supra Christi pedes effudit unguentum. Potest ergo non eadem esse, ne sibi contrarium Evangelistæ dixisse videantur.

Cap. 8.

21 Mater mea, et fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt et faciunt. . . Neque tamen injuriose renuntiatur pa[illegible] rentes, sed religiosiores copulas mentium docent esse quam corporum. . Ergo hic non (ut quidam hæretici tendiculas aucupant) mater negatur, quæ de cruce etiam agnoscitur, sed necessitudini corporali præceptorum cœlestium forma præfertur

Matth. 8. Modicæ fidei quare dubitastis? Luc. 8. 25. Ubi est fides vestra? Et bene arguuntur, qui permanente Christo timebant, cum utique qui ei adhæret, perire non possit.

37 Rogaverunt eum ut discederet. Infirma enim mens non capit Dei verbum, nec potest pondus sustinere sapientiæ, abscessit, et solvitur. Et ideo Dominus molestus non fuit, sed ascendens navim reversus per singulos est, ut hic ait, aut sicut Matthæus per fretum. .

43 Dum vero (ad filiam Jairi) hæmorrhoissa tetigit . . . quæ mortua est filia tua, noli vexare illum. Et priusquam illum videre eum . . . gra[illegible] mus quod votum mortuam ad suscitandum fidem hæmorrhoissam ante curavit. Et ut scias exempli [illegible] sanguinis fluxum, dum ad illam petitur, ista curatur.

Cap. 9.

3 Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram etc. Qualis debeat esse, qui evangelizat regnum Dei, præceptis evangelicis designatur, ut sine virga, sine pera, sine calceamento, sine pane, sine pecunia, hoc est subsidii sæcularis adminicula non requirens, fideque tutus, putet sibi quominus ea requirat, magis posse suppetere. . Quibus primo omnium datur pacis atque constantiæ generale mandatum, ut pacem ferant, constantiam servent, hospitalis necessitudinis jura custodiant, alienum a prædicatore regni cœlestis æstimans cursitare per domos, et inviolabilis hospitii jura mutare. . Nec otiose secundum Matthæum domus quam ingrediantur Apostoli, eligenda decernitur, ut mutandi hospitii, necessitudinisque violandæ causa non suppetat.

13 Dimittere eos jejunos nolo ne deficiant in via. Bonus Dominus cum ipse exigit, vires ministrat. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Videres incomprehensibili quodam rigatu inter dividentium manus . . . fragmenta surgere . . . non fregerant . . . pertinentia ad intacta . . . et liquidis fontibus stipes continue fluere succursus: quando . . . Hic igitur facta materia, ut illa quoque quæ non cernimus etiam . . . et naturæ solidum rigatus . . . designavit auctorem, et totius naturæ creatorem materialis existere . . . illorum . . . sed factæ gignendis omnibus rebus successus defluos subministrat. . . . Com[illegible] quæ nolunt Philosophi velint repertæ sed . . . prehende si potes . . . minuta . . . miracula . . .

20 Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei. Et ideo Petrus non expectavit populi sententiam, sed suam protulit dicens: Tu es Christus filius Dei vivi. Qui est, semper est, nec cœpit, nec esse desinit. Magna autem Christi gratia qui omnia pæne vocabula sua discipulis suis donavit . . . Ego sum, inquit, lux mundi; et id tamen quo ipse gloriatur, discipulis nomen indulsit dicens: vos estis lux mundi. Ego sum panis vivus, et, Nos omnes unus panis sumus. Ego sum vitis vera, et tibi dixit: plantavi te vitem fructiferam omnem veram. . . . est Christus (habebant enim de spiritu sequente . . .) . . . hujus vocabuli gratiam non negavit, ut ipse sit Petrus, quod de petra, petra autem erat Christus, etiam discipulo suo hujus vocabuli gratiam non negavit, ut et hic petra sit. . . . Portæ inferi portæ mortis . . . qui habeat soliditatem constantiæ, fidei firmitatem. Cœnitere ergo [illegible] ut et . . . peccata.

. . . sunt. Quæ autem sunt portæ mortis, hoc est inferni, nisi singula quæque peccata . . . Sed et hoc nobis Scriptura aperuit, quia peccatum . . . quæ causa . . . spiritus . . . condescensus . . .

Vosabulum: quare . . . meas. Ps. 9.

S. Ambrosius in Lucam l. 6.

in Cap. 9.

= 211. Sed videamus cur secundum Matthæum reperiamus admonitos discipulos, ne cui dicerent quod ipse sit Christus; hic autem scriptum sit increpatos esse, ne cui dicerent, quod esset multa passurus, et resurrecturus. Videte quod in uno Christi nomine omnia sint. Ipse enim Christus qui natus est ex Virgine, ipse est qui admirabilia fecit in populo, ipse qui mortuus et pro peccatis nostris, et resurrexit a mortuis. Unum horum si retraxeris, retraxisti salutem tuam. Nam etiam hæretici habere sibi Christum videntur: nemo enim Christi nomen negat: sed negat Christum, qui non omnia quæ Christi sunt confitetur.

Adverte ergo per historiam Græcam hoc fuisse possibile, sicut interdum etiam apostolus suadet incredulis: nec verum refugit poeticum, ut fabulas destruat poetarum. ibid. proclive erit, ut qui sua negare non possunt, nostra confirment. ib.

Lib. 7.

C. 9. v. 30. Moyses et Elias. Apparent Moyses et Elias, hoc est Lex, et prophetæ cum Verbo: neque enim lex potest esse sine verbo, neque propheta, nisi qui de Dei filio prophetavit.

v. 32. Petrus vero etc. Vidit hanc gloriam Petrus, viderunt et qui cum illo erant, licet somno gravati essent. Premit enim incomprehensibilis splendor divinitatis nostri corporis sensus. Nam si solis radium oculorum contuentium corporea nequit acies sustinere: quomodo Dei gloriam humanorum ferret corruptela membrorum? Eoque purior et subtilior exhausta concretione vitiorum corporis habitus in resurrectione formatur. Et fortasse ideo gravati erant somno, ut resurrectionis viderent speciem. Post quietem itaque evigilantes viderunt majestatem ejus: nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi.

v. 33. Faciamus tria tabern. Et quamvis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur obsequium: in quo non inconsulta petulantia, sed præmatura devotio fructus pietatis accumulat. Nam quod ignorabat, conditionis fuit, quod promittebat, devotionis. ... Denique placuit tanta devotio Deo.

v. 36. Non Elias filius, non Moyses filius, sed hic est filius, quem solum videtis: recesserant enim illi, ubi cœpit Dominus designari.

v. 48. Quicunque receperit puerum istud etc. Quo loco Dominus simplicitatem sine arrogantia, charitatem sine invidia, devotionem sine iracundia docet esse debere. Nam et puer nescit provectiori affectu respondere invidiæ, devotionem suadet, quia dum puer nihil sibi vindicat, formam virtutis exequitur: et si virtutem nescit, ... ignorat.

v. 50. Nolite prohibere. Bene Domine! nam et Joseph et Nicodemus occulti discipuli propter metum, in tempore tamen suum tibi officium non negarunt. Sed tamen quia alibi dixisti (Luc. 11.) qui non est mecum adversum me est, et qui mecum non colligit dispergit, aperis nobis, ne videatur esse contrarium. Et puto quia si quis medium consideret scrutatorem, dubitare non debeat unicuique factum mente discerni. Sed cur hic eos, qui possunt per manus impositionem immundis imperare spiritibus, in nomine Jesu, negat esse prohibendos; secundum Matthæum vero dicat his. non novi vos, discedite a me omnes operarii iniquitatis (C. 7.) Advertere debemus non esse distantiam sensus, sed intelligentiæ discordiam. Sed illud censeo, eo quod non solum officiis in Clerico, sed etiam virtutis opera requiruntur. Tantumque esse Christi nomen, ut etiam parum Sanctis opituletur ad præsidium, etsi non opituletur ad gratiam. Unde se nemo jactare debet, nec purgati hominis sibi gratiam vindicare, in quo gratia nominis virtus, non aliqua possibilitas humanæ fragilitatis operata sit. Non enim merito tuo diabolus sed odio suo vincitur.

v. 54. Vis dicimus ut descendat ignis? Quod discipulos increpavit, quia ignem super eos descendere gestiebant qui non receperant Christum, ostenditur nobis, non semper in eos qui peccaverint, vindicandum. quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, a quibus hoc loco ignis arcetur. Cur autem non receperint eum, Evangelista ipse memoravit dicens quia facies ejus erat euntis in Hierusalem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. ... Deus quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit. Nec discipuli peccant, qui legem sequuntur. Sciebant enim et Phinees (Num. 25.) reputatum ad justitiam, quia sacrilegos interemerat, et ad preces (4. Reg. 1.) ignem descendisse de cœlo, ut prophetæ vindicaretur injuria. Sed vindicetur qui timet.

S. Ambrosius in Lucam l. 7.

vindictam non quærit qui non timet. Simul ostenditur nobis, in Apostolis fuisse merita prophetarum; quando eandem sibi potestatem, quam Propheta magnus emeruit, impetrandi jure præsumunt. Et bene præsumunt, quia ad sermonem suum ignis de cœlo descenderet, quoniam filii sunt tonitrui. (Marci c. 3.)

57. Sequar te quocunque ieris. Non videtur convenire nobis, ut simplicem, fidelemque istum arbitremur; qui domini dignatione respuitur, cum indefessi famulatus obsequium spopondisset. Sed dominus non obsequiorum speciem sed puritatem quærit affectus. Denique alii dicit: sequere me. Dispar sermo. Iste cogitur, ille removetur, ut sciamus quia devotus admittitur, indevotus excluditur.

60. Sine mortui sepeliant. Itaque cum religionum humandi acceperimus officium, quemadmodum hic paterni quoque funeris sepultura prohibetur, nisi ut intelligas humana posthabenda divinis? Bonum studium, sed majus impedimentum: nam qui partitur studium derivat affectum: qui dividit curam, differt profectum. Ergo prius obeunda quam maxima sunt. Nam et Apostoli (Act. 6), studio ne occuparentur studio dispensandi, ministros pauperibus ordinarunt: et ipsis cum a domino mitterentur, neminem in via salutare præscriptum est, non quo benevolentiæ displiceret officium, sed quo persequendæ devotionis intentio plus placeret. Quomodo autem mortui sepelire mortuos possunt, nisi geminam hic intelligas mortem, unam naturæ, alteram culpæ? Est etiam mors tertia, in qua peccato morimur, Deo vivimus, sicut Christus, qui peccato mortuus est. Quod autem mortuus est peccato mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Rom. 6.

Cap. 10.

Quid sit saeculum non esse possidendum, alibi dominus evidenter expressit: scripsit enim Matthæus (c. 10) quoniam ipse dixit ad discipulos: nolite possidere aurum, neque argentum.

4. Neminem salutaveritis in via. Fortasse quibusdam hoc durum, et superbum, nec mansueti, et humilis domini præcepto convenire videatur... Sed considera non hoc esse solum neminem salutaveritis, sed non frustra additum in via. Denique et Elisæus (4. Reg. 4.) cum mitteret servum suum ut baculum ejus poneret supra corpus defuncti pueruli, mandavit ei ne per viam aliquem salutaret. Festinanter enim jubebat eum contendere, ut celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicujus obvii mandati deflecteretur a munere. Ergo et hic non salutationis officium ne sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ devotionis aboletur. Ergo et hic non salutationis mandantur, paulisper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior quæ præceptorum maturior executio divinorum, quæ per moram sæpe traxit offensam. Ideo autem et hæc prohibentur, ne solemnis obrepat officii, et impediat ministerium, cujus mora culpa sit.

5. In quamcunque domum etc. Cautela moralis, ne de domo ad domum quis vaga facilitate demigret, ut servemus etiam hospitalis in amore constantiam, nec coalitam amicitiæ necessitudinem facile resolvamus, ut pacis præferamus nuncium, ut ipse primus ingressus pacis benedictione celebretur; cibo potuque oblato oportere nos esse contentos; vexilla fidei non premendam, et regni cœlestis Evangelium prædicandum; excutiendum de pedibus pulverem, si quis recipiendos civitatis hospitio non putaverit.

12. Dico vobis, quia Sodomis etc. Docet etiam graviori pœnæ obnoxios fore, qui Evangelium non sequendum, quod qui legem judicaverint esse solvendam.

22. Omnia mihi tradita. Cum omnia legis, omnipotentem agnoscis, non decolorem, non degenerem patris. Cum tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia unius substantiæ jure sunt propria, non dono collata per gratiam.

30. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho. Hiericho enim figura istius mundi est, in quam de paradiso, hoc est de Hierusalem illa cœlesti ejectus Adam prævaricationis prolapsione descendit, hoc est de vitalibus ad inferna demigrans, cui non loci, sed morum mutatio naturæ suæ fecit exilium .. Qui sunt isti latrones nisi angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnunquam transfigurant in angelos lucis, sed perseverare non possunt? Hi ante despoliant quæ accepimus indumenta gratiæ spiritalis, et sic vulnera inferre consuerunt. Nam si intemerata quæ sumpsimus indumenta servemus, plagas latronum sentire non possumus.

33. Samaritanus autem. Non mediocris iste Samaritanus, qui eum quem Sacerdos, quem Levita despexerat, non etiam ipse despexit. Nec vocabulo sectæ despicias, quem verbi interpretatione miraris. Samaritani etenim vocabulo custos significatur.

34. In stabulum. Est autem stabulum, in quo fessi longo itinere succedere solent. Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris degere; redeundum eo erat unde venerat. Itaque v. 35 altera die etc. Quis est iste alter dies nisi forte ille dominicæ resurrectionis de quo dictum est ps. 117. Hic est dies quem fecit dominus.

S. Ambros. in Lucam. l. 7. c. 10.

v. 35. Qui sunt isti duo denarii, nisi forte duo testamenta, quae imaginem in se habent aeterni regis expressam, quorum pretio vulnera nostra curantur? ... Stabularius quis? Ille fortasse, qui ait: optimo ut servo sit Christus bonus fructum (Philipp. 1 [illegible]) qui curam haberet hominis vulnerati. Stabularius itaque ille, qui dixit: misit me Christus Evangelizare, 1 Cor. 1. Stabularii itaque sunt illi, quibus dicitur Marci c. 16. ite in orbem universum, et praedicate Evangelium universae creaturae, et qui crediderit, et baptizatus fuerit, hic salvus erit. [illegible] Salvus utique a morte, salvus a vulnere, quod infixum est a latronibus. Beatus ergo stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille, cui dicit dominus: Et quodcunque supererogaveris etc. ... Spondet ergo se reversurum, et mercedem se redditurum. ... Reddam tibi. Reddet ergo quod debuisti. Beati quibus est debitor!

v. 42. Maria optimam partem elegit. [illegible] est de misericordia, sed non una est forma virtutis. Habes Marthae exemplo, et Mariae, alterius operum actuosa devotio, alterius religiosa mentis intentio dei verbo: quae si cum fide conveniat etiam ipsis operibus antefertur, iuxta quod scriptum est: Maria optimam partem sibi elegit, quae non auferetur illi. ... Agat te sicut Mariam desiderium sapientiae. Hoc enim majus hoc perfectius opus: nec ministerii cura a cognitione verbi caelestis avertat, nec arguas eos, et otiosos judices, quos videas studere sapientiae. ... Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur: sed Maria quod meliorem partem sibi elegerit, antefertur. ... Denique Apostoli optimum non putaverunt relinquere Dei verbum, et ministrare mensis: sed utrumque munus sapientiae est. Nam et Stephanus plenus sapientiae minister electus: et ideo qui ministrat doctori deferat, et ministrantem doctor invitet, et provocet.

Cap. 11.

v. 33. Nemo lucernam accendit. Lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit.

v. 39. Quod deforis est calicis, et catini mundatis. Vides corpora nostra terrenorum, et fragilium expressa signari, quae brevi lapsu praecipitata franguntur.

v. 44. Estis ut monumenta. qui quasi sepulchra, quae non apparent, specie fallunt, visuque decipiunt: ut cum foris speciosa promittant, intus ossa plena foetoris includant: quod faciunt plerique doctores, qui aliis exigunt, quae ipsi non queant exsolvere.

Et ideo bene alibi (Matth. c. 23.) addidit: implete mensuram patrum vestrorum: quia nihil est ultra dei injuriam gravius, peccare quod possint. [[illegible] acuant]. Neque enim poterant haereditariae iniquitatis absolvi, qui Dei filium crucifigendo, quod gravius est paternis cumulum sceleribus addiderunt.

Cap. 12.

Ceterum hunc Marcum in Ægyptum profectum Evangelium quod ipse conscripserat primum illic prædicasse perhibent; et in ipsa urbe Alexandria Ecclesias constituisse. Tanta

Idem l. 3. c. 4.

Lucas vero, domo Antiochenus, arte medicus, qui et cum Paulo diu conjunctissime vixit, et cum reliquis Apostolis studiose versatus est, nobis illius ad sanandos hominum animos institutæ, quam sibi ex Apostolorum doctrina comparaverat duos reliquit libros divinitus inspiratos. Quorum alter est Evangelium, quod quidem ita se perscripsisse testatur, prout ab ipsis verbi divini ministris, et qui ... ac magis firmarentur ...

= Brevi interiecto tempore Ioannem Baptistam ab Herode juniore & capite imminutum fuisse . . . Evangelii scr . . . L/A

ab initio Christum viderant acceperat: quibus etiam omnes se jamdudum assectatum esse profitetur. Alter liber inscribitur Actus Apostolorum, quos ille non jam auditione acceptos, sed oculis suis spectatos scriptis tradidit. Huius porro Evangelium aiunt a Paulo designari solitum esse, quoties tanquam de proprio quodam Evangelio sermonem faciens, dixit: secundum Evangelium meum.

Item Eusebius l. 3. Cap. 11.

De persequutione Christianorum sub Domitiano.

Cap. 18.

De Ioanne Apostolo et ejus revelatione.

In hac persequutione Ioannes Apostolus idem et Evangelista, qui etiam in vivis superstes erat, ob testimonium, quod divino verbo perhibebat in Insulam Pathmum traditur esse relegatus. Irenaeus quidem etc.

Cap. 20.

Post obitum vero Domitiani qui per annos quindecim imperium tenuit, cum Nerva in ejus locum successisset, Domitiani quidem omnes honorem titulos abrogari senatus decrevit: iis vero qui injuste ab illo deportati fuerant reditum in patriam, et sua cuique bona restitui: quemadmodum referunt ii, qui rerum huius temporis gestarum historiam condiderunt. Tunc igitur et Ioannem Apostolum insulari exilio liberatum, rursum in urbe Epheso domicilium postliminio recepisse vetustissima nobis tradidit fides. De

Cap. 23.

Quod autem Ioannes ad haec usque tempora pervenerit, duorum testium auctoritate probare sufficiet. Sunt porro hi testes fide dignissimi, quippe qui veri semper, catholicaeque doctrinae propugnatores extiterint. Irenaeum dico et Clementem Alexandrinum. Quorum prior in secundo adversus Haereses libro ita scribit. et omnes, inquit, presbyteri qui cum Ioanne Domini discipulo in Asia familiariter versati sunt, ita sibi a Ioanne traditum esse testantur; Vixit enim apud illos usque ad tempora Trajani. In tertio quoque ejusdem operis libro idipsum declarat his verbis: Sed et Ephesina Ecclesia, quae a Paulo quidem fundata est, Ioannem vero usque ad Trajani tempora habuit praesentem testis locupletissima est apostolicae traditionis. Clemens autem in eo libro, quem inscripsit: quis dives salutem possit consequi, simul et tempus ipsum designavit, et narrationem quandam adjunxit in primis necessariam iis praesertim, quos rerum honestarum atque utilium commemoratio delectat.

Cap. 24.

De ordine Evangeliorum.

Iam vero ejusdem Apostoli (Ioannis) scripta, quae omnium consensu ei adscribuntur recenseamus. Ac primo quidem Evangelium ipsius universis per orbem terrarum Ecclesiis notissimum sine ulla dubitatione suscipiendum est. Quod vero recte et cum ratione quarto illud loco post tria alia Evangelia a veteribus collocatum sit, planum fiet hoc modo. . . Soli nihilominus ex cunctis Domini discipulis Matthaeus et Ioannes scriptos nobis rerum commentarios reliquerunt. Quos quidem necessitate quadam ad scribendum impulsos fuisse perhibent. Nam Matthaeus cum Hebraeis primum fidem praedicasset, inde ad alias quoque gentes profecturus Evangelium suum patrio sermone conscriptum tradidit quod praesentiae suae adhuc superesse videbatur scripto illis, quos relinquebat, supplevit. τὸ λεῖπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. reliquum suae praesentiae h.e. attinuimus loco suae [illegible].

L/A } Neque vero illud praetereundum est Pilatum ipsum qui servatorem nostrum morti addixit post ... imperante Cajo, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut

Postea vero cum Marcus jam et Lucas Evangelia sua secundum singuli edidissent, aiunt Joannem qui hactenus nuda voce verbum Domini praedicaverat, tamen ob hujusmodi causam ad scribendum se contulisse. Scilicet jam in omnium, ipsiusque adeo Joannis notitiam supradictis tribus Evangelistis, approbasse ea Joannes, et veritatem scriptorum suo testimonio confirmasse dicitur: solam vero narrationem earum rerum quas Christus circa praedicationis initium gesserat desiderasse. Et profecto ita se res habet. Nam superiores quidem tres Evangelistas ea duntaxat, quae post conjectum in vincula Joannem Baptistam unius anni circulo a Servatore nostro gesta sunt, litteris mandasse perspicuum est: idque ipsum in principio operis sui aperte significasse. . . . Reliqui vero tres Evangelistae res Christi gestas ex quo Baptista conjectus est in carcerem persequuntur. Quod quisquis attentius observaverit, nequaquam Evangelia inter se dissidere posthac existimabit: quippe cum Joannis quidem Evangelium initium actuum Christi, cetera autem Evangelia sequentis temporis historiam contineant.

Eusebius l. 3. c. 31.

De Joanne vero tempus quidem ipsum aliqua ex parte designavimus. Locus vero in quo sepultus est ex Polycratis qui Ephesinorum Ecclesiae Episcopus fuit epistola demonstratur. In qua scribens ad Victorem Romanae urbis Episcopum, Joannis simul ac Philippi Apostoli ejusdemque filiarum mentionem facit his verbis. Nam et in Asia, inquit, magna quaedam luminaria extincta sunt, quae resurgent in novissimo die adventus Domini, quando cum de coelo veniet cum gloria, et universos sanctos requiret: Philippum intelligo qui fuit unus ex duodecim Apostolis, mortuusque est Hierapoli, cum binis filiabus, quae in virginitate consenuerunt. Altera quoque ejus filia, quae spiritualem quandam vitam duxit Ephesi sepulta est. Sed et Joannes qui supra pectus Domini recubuit, fuitque sacerdos Dei laminam gestans, et martyr, et doctor, hic inquam Joannes in urbe Epheso conditus jacet.

il Capo 7. del primo libro di questa istoria
il cui titolo è De dissensione [illegible] lege Christi
è nell' ultima facciata di questo foglio.

Breviter intercedit tempore Joannis Baptistæ ab Herode, [illegible] innuitur saltem [illegible] suum Evangelii [illegible] L/A

Sanctus Ignatius Epistola ad Smyrnæos.

juxta exemplar Medicæum edit. Oxonii ann. 1709.

1\. Glorifico Iesum Christum Deum ... vere existentem de genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem, et potentiam Dei, genitum vere ex Virgine, baptizatum à Joanne ut impleatur omnis justitia ab ipso, vere sub Pontio Pilato, et Herode tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne.

2\. Hæc enim omnia passus est pro nobis ut salvemur. Et vere passus est ut et vere resuscitavit seipsum: non quemadmodum infideles quidam dicunt, secundum videri ipsum passum esse, ipsi secundum videri existentes; et quemadmodum sapiunt, et accidet ipsis existentibus incorporeis, et dæmoniacis. ἤδη ἀσωμάτοις, καὶ δαιμονικοῖς.

3\. Ego enim et post resurrectionem in carne ipsum vidi, et credo existentem. Et quando ad eos qui circa Petrum venit ait ipsis: apprehendite, palpate me, et videte, quoniam non sum dæmonium incorporeum. Et confestim ipsum tetigerunt, et crediderunt convicti carne ipsius et spiritu. Propter hoc et mortem contempserunt; inventi autem sunt super mortem. Post resurrectionem autem comedit cum eis, et bibit, ut carnalis; quamvis spiritualiter unitus Patri.

7\. Ab Eucharistia, et oratione recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Iesu Christi pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit. Contradicentes ergo huic dono Dei, perscrutantes moriuntur.

Ep. [illegible] ad Polycarpum

1\. Unionem cura, qua nihil melius. ... Pete intellectum ampliorem eo quem habes. Singulis secundum consuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta: ubi major labor, multum lucrum.

3\. Plus studiosus fias quam es. .. Tempora considera: eum qui supra tempus expecta.

4\. Nihil sine sententia tua fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem operaris, sit bene stabile. Sæpius congregationes fiant: ex nomine omnes quære.

6\. Nullus vestrum desertor inveniatur.

Ep. 3. ad Ephesios.

5\. Nullus erret. Si quis non sit intra altare privatur pane Dei. Si enim unius, et alterius oratio tantam vim habet; quanto magis illa, quæ Episcopi, et omnis Ecclesiæ. Qui igitur non venit in idem, hic jam superbit; et seipsum condemnavit: scriptum est enim: superbis Deus resistit. Festinemus igitur non resistere Episcopo, ut simus Deo subjecti.

7\. Unus medicus est carnalis, et spiritualis, genitus, et ingenitus, in carne factus Deus, in immortali vita vera, et ex Maria, et ex Deo, primo passibilis, et tunc impassibilis Dominus Christus noster. πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής. Vuol dire τότε quando ad secundum, ed è avverbio non di tempo, ma di ordine per le cose, che nel periodo son dette.

12\. Novi quis sum, et quibus scribo. Ego condemnatus, vos propitiationem habentes. Ego sub periculo, vos firmati. Transitus estis eorum, qui in Deum interficiuntur: Pauli condiscipuli (Παύλου συμμύσται) sanctificati martyrizati, digne beati; cujus fiat mihi sub vestigiis inveniri, quando Deo fruar: qui in omni Epistola memoriam facit in Iesu Christo.

19\. Et latuit principem sæculi hujus virginitas Mariæ, et partus ipsius; similiter et mors Domini: tria mysteria clamoris quæ in silentio Dei operata sunt. Qualiter igitur manifestatum est sæculis? Astrum in cœlo resplenduit super omnia astra, et lumen ipsius ineffabile erat, et stuporem tribuit novitas ipsius. Reliqua vero omnia astra, simul cum sole et luna, chorus facta sunt illi astro: ipsum autem erat superferens lumen ipsius super omnia.

Ep. 4. ad Magnesios.

Decens igitur est non solum vocari christianos, sed et esse.

L' / A. Neque vero illud prætereundum est, Pilatum ipsum qui servatorem nostrum morti addixit post ... dum imperante Cajo, cujus nunc tempora persequimur, in tantas incidisse calamitates, ut

9. Si igitur in veteribus rebus conversati, in novitatem spei venerunt, non amplius sabbatizantes, sed secundum Dominicam viventes in qua et vita nostra orta est per ipsum, et mortem ipsius, quod quidam negant: (per quod mysterium accepimus credere, et propter hoc sustinemus ut inveniamur discipuli Jesu Christi, solius ~~Do~~ Doctoris nostri) quomodo nos poterimus vivere sine ipso; cujus et prophetæ discipuli existentes, spiritu ipsum ut doctorem expectabant. Et propter hoc, quod juste expectabant, præsens suscitavit ipsos ex mortuis.

10. Inconveniens est Jesum Christum proferri, et judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum, ut omnis lingua credens in deum congregaretur.

13. Studete igitur firmari in dogmatibus Domini, et Apostolorum, ut omnia quæcunque facitis prosperentur.

S. Ignatius ad Philadelphenses Ep. 5.

3. Si quis schisma facientem sequitur, regnum dei non hæreditat.

8. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit Deus, si pœniteant in unitatem Dei, et concilium Episcopi.

Ad Trallianos ep. 6.

7. Qui intra altare est, mundus est: qui vero extra altare est, non mundus est: hoc est qui sine Episcopo, et presbytero, et diacono operatur aliquid, iste non mundus est in conscientia.

9. ~~Non quæ~~ Obsurdescite igitur, quando vobis sine Jesu Christo loquitur quis, qui ex genere David qui ex Maria, qui vere natus est, comedit, et bibit, vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus est, et mortuus est aspicientibus cœlestibus, et terrestribus, et infernalibus: qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum patre ipsius; qui et secundum similitudinem nos credentes ipsi sic resuscitabit Pater ipsius in Christo Jesu, sine quo verum vivere non habemus.

ad Roman. Ep. 7.

Ignatius, qui et Theophorus Ecclesiæ quæ præsidet in loco Romanorum, et præsidens in charitate.

n. 3. Non suasionis opus, sed magnitudinis est Christianus; quando utique oditur a mundo.

Martyrium sacrosancti Martyris Ignatii Theophori.

1. Nuper suscipiente principatum Romanorum Trajano Apostoli et Evangelistæ Joannis discipulus Ignatius vir in omnibus Apostolicus, gubernabat Ecclesiam Antiochenorum.

2. Trajano enim post quartum annum imperii sui elato de victoria illa, quæ adversus Scythas, et Thraces, et alteras multas, et diversas gentes: et existimante adhuc deficere ipsi ad omnem subjectionem Christianorum deum venerantem congregationem, nisi dæmoniacum cogeret cultum cum omnibus subintrare gentibus, persecutionem comminans, omnes ipsos dei cultores existentes vel sacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro Antiochenorum Ecclesia inclytus Christi miles, voluntarie ductus est ad Trajanum, agentem quidem secundum illud tempus apud Antiochiam, festinantem autem ad Armeniam, et Parthos.

3. Et applicans post multum laborem Smyrnæorum civitati, cum multo gaudio descendens de navi festinabat Sanctum Polycarpum Episcopum conditorem videre: fuerant enim quondam discipuli Joannis.

Si vero interea tempore Joannem Baptistam ab Herode jussisse & carcere inclusum fuisse secundum Evangelis

Eusebii Pamphili Ecclesiasticæ historiæ l. 1. Cap. 7.

De dissensu qui creditur esse inter Evangelia in stirpe Christi.

Sed quoniam Matthæus et Lucas in Evangeliorum libris Christi genus ac stirpem varie nobis tradiderunt, et plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignorantiam varias eorum locorum explicationes certatim excogitaverint: de his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam is de quo paulo ante diximus Africanus, in Epistola ad Aristidem de consensu Evangeliorum in stirpe Christi narranda commemoravit. Ubi aliorum quidem opiniones tanquam violentas et falso confictas coarguit: ipse vero quam comperrerat historiam his refert verbis. Nam quoniam, inquit, apud Israelitas generationum nomina vel ex naturæ, vel ex legis ordine recensebantur: naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit. Cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione delineabant, ut mortui nomen nullis unquam obliterandum seculis permaneret. Quoniam igitur eorum qui inter majores Christi recensentur, alii naturali jure, ut filii parentibus successerunt: nonnulli vero cum ab aliis procreati essent, aliis adscripti sunt: idco utrorumque mentio facta est, tam eorum, qui vere patres, quam illorum, qui quasi patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum falsum sit, cum alterum naturam, alterum legem in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ quæ tum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, adeo inter se permixtæ sunt, partim reparatione nominis eorum qui sine prole decessissent, partim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscitatione, ut iidem homines diversos patres habuisse merito credantur; hos quidem fictitios, illos vero naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio absolute verissima vario quidem linearum contextu, sed accurate ad Josephum usque descendat. Verum ut id quod diximus clarius fiat, utriusque stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per Salomonem generationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Mathan, qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius itidem a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait: Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone, quam Heli qui ex Nathan originem ducit; ac praeterea quomodo isti duo Jacob, et Heli fratres fuerint; deinde vero qua ratione horum patres Mathan et Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. Mathan et Melchi cum eandem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex ea, qui uterini fratres erant, susceperunt. Quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua, seu repudiata, seu viro ipsius mortuo alteri nuberet. Igitur ex Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Mathan, qui a Salomone genus ducebat Jacobum filium sustulit. Post Mathanis autem interitum Melchi qui ad Nathanem originem referebat, cum ex eadem tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus, uxorem ejus sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob, et Heli licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriptum est Jacob autem genuit Joseph. Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ei semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac futilis deprehenditur: quam Matthæus quidem recensens, Jacob, inquit, genuit Joseph. Lucas vero e contrario a filiis ad parentes ascendens: Jesus inquit, qui erat, ut putabatur ~~[illegible]~~ (hoc enim diserte addit) filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Neque enim poterat disertius exprimi fictitia illa generandi ratio, quæ ex lege profecta est: adeo in hujus:

L/A Neque vero illud prætereundum est, Pilatum ipsum qui servatorem nostrum morti addixit post
modum imperante Cajo, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut
modi liberorum generatione verbum illud genuit ad finem usque retraxit, cum ad ipsum usque Adamum
qui fuit Dei gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset. Neque vero id aut minime destitutum
aut temere confictum est. Cognati enim Servatoris nostri sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive
ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt: latrones scilicet Idu-
mæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis, quod ad ipsos
urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam Hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda
captivum duxisse. Cum vero pro redemptione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater
Idumæorum more, institutisque educatus postmodum Hircani summi Judæorum Pontificis amicus effectus est.,
Mox legatus ad Pompejum missus ab Hircano, cum ei regnum, quod Aristobulus maxima ex parte
occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, curator Palæstinæ promotus. Tandem ab
iis, qui felicitati ejus invidebant per insidias interfectus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea An-
tonius et Augustus ex Sen. Consulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes,
aliique tetrarchæ. Et hæc quidem gentilium etiam historiæ cum Judaica communia sunt. Cæterum
cum ad id usque temporis in tabulariis publicis descriptæ essent origines tam familiarum Hebraicarum,
quam eorum, qui ad proselitos, idest advenas genus suum referebant, v.g. ad Achior Ammaniten,
et ad Ruth Moabitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi per matrimonia cum
ipsis permixti fuerant, Herodes priscas illas Israelitarum familias nihil ad se pertinere intelligens,
ignobilitatis suæ conscientia stimulatus, omnia illa veterum familiarum monumenta concremavit: ratus
se tum demum nobilem visum iri, cum nemo esset qui ex publicis monumentis originem generis sui
vel ad Patriarchas, vel ad proselitos, vel ad permixtos Israelitis peregrinos qui Γειώρας dicuntur
posset referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos stirpis suæ commentarios vel quod nomina
ipsa memoriter tenerent, vel ex Archivis descriptos penes se haberent, in primis gloriabantur, quod
avitæ nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob
propinquitatem generis, qua Servatori nostro juncti erant, Δεσπόσυνοι appellati: qui e Nazaris
et Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem, ex Ephemeridum
libro quam poterant, fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem
certe interpretationem meo quidem judicio, aliusque qui æqui rerum æstimatores esse volent,
nemo facile reperit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta, quando nec
meliorem aliam, nec veriorem proferre possumus. Cæterum quia vera sit Evangelii narratio dubitari
non potest. In fine autem ejusdem epistolæ Africanus hæc addit. Mathan a Salomone genus ducens
Jacobum genuit. Mortuo deinde Mathane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere
genuit Heli. Quocirca Jacobus et Heli fratres erant uterini. Heli deinde sine liberis defuncto
Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito, qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius
fuit. Sic uterque Josephi pater recte dicitur. Hæc Africanus. Porro recensita hoc modo Joseph
stirpe simul etiam Mariæ genus, quæ ex eadem tribu erat oriunda tacite expositum est. Siquidem
siquidem Mosis inter diversæ tribus homines erant vetita connubia. Uni enim ex eodem populo
eademque gente mulier nubere præcipitur, ne sors patrimonii in aliam tribum transferatur. Et
de his quidem hactenus.

L.
A. Breui interiecto tempore Ioannem Baptistam ab Herode iussum & capite truncatum fuisse iam Evangelii ... | L / 4

Spondanus ... — 19
S. Gregorius dia... — 83
Plato — 20
Catena aurea di Thomas — 5
... Plutarchi — ...
Garnato — 10
Plinio volgare — 3 : —
[illegible] ... in ... — ...
... — 1 : —
... — 1 : —
Rogeris ... — 2 : 10
Iabarbarus ... — ... : 10
Poesie del ... — ...
Martyrolog. Baroni — ...
... del ... — ... : 10
S. T. ... — 2 : 5
Lettere del ... — ... : 10
Sei giornate del Pillo — ... : 15
Epistole S. Hieronimi ... — 5 : —
— 54 : 18

I Sig. ...
Le poesie del Parlino.
Le latine del Sannazaro.
I cinque Poeti.
Plutino.

I colori che si son fatti marito.
Quanto sia difficile il dire al nome
de' primi autori i lor arti.

L
A

Neque vero illud praetereundum est, Pilatum [illegible] qui servatorem nostrum morti addixit, post modum imperante Cajo, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut mortem sibi consciscere, necnon ipse scelerum vindex esse coactus fuerit divina scilicet, ultione in illum, ut par erat, sequente. Euseb. hist. Eccl. l. 2. c. 7.

haec Josephus: in quibus perinde ac in caeteris, fidem illius magnopere admiror, qui cum [illegible] veritate narranda adeo consentiat. Euseb. hist. l. 2. c. 10

Sed haec non diu ex voto illi (Simoni Mago) fluxerunt. Confestim enim ipsis Claudii Augusti temporibus benigna et clementissima dei providentia fortissimum, et maximum inter apostolos Petrum, et virtutis merito reliquorum omnium principem ac patronum Romam adversus illam generis humani labem, ac pestem perducit. Qui tanquam strenuus divinae militiae ductor caelestibus armis munitus, pretiosam illam lucis intelligibilis mercem ab oriente ad eos, qui versus occasum habitabant, devexit. Lucem ipsam, et salutarem mentibus doctrinam, regnum scilicet caelorum eis annuncians. ib. c. 14.

Certissimum [illegible] Apostolorum, quae nihil praeter sinceram veritatem continent. Euseb. histor. Eccl. l. 2. c. 17.

haec Philonis verba de primis nostrae religionis viris perspicue et absque ulla dubitatione dicta esse arbitror. Quod si quis adhuc pertinaciter his refragari audeat, is manifestioribus convictus indiciis, quae non alibi quam in Christianorum religione ad Evangelii normam composita reperiuntur, pertinaciam [illegible] tandem abjiciat. — — Expositiones autem, inquit, sacrorum voluminum iis fiunt figurate per allegorias. Universam enim legem similem esse existimant animali, et verba quidem ipsa corporis instar esse; occultum autem sensum qui in verbis latet, animae speciem quandam habere. Quem quidem sensum haec secta summum et incomparabilem primitus exhibuit, in verbis ipsis velut in speculo quodam admirabilem sententiarum pulchritudinem contuens. l. 2. c. 17.

Huic (Felici) successor a Nerone mittitur Festus. Quo Judaeam procurante Paulus in judicium adductus cum [illegible] causam dixisset, vinctus Romam perductus est. Erat cum Paulo Aristarchus quidam, quem ipse in quadam epistola idcirco concaptivum suum appellat. Atque hic Lucas, qui Acta Apostolorum literis tradidit, historiae suae finem facit, Paulum Romae in libera custodia biennium egisse, et verbum dei libere praedicasse testatus. Tandem vero cum causam suam apud judices peroravisset, rursus praedicandi causa peregre profectus esse dicitur: posteaque cum Romam iterum venisset, vitam martyrio finisse. Atque hoc demum tempore alteram ad Timotheum epistolam scripsit, in qua et de priore sua defensione, et de imminente vitae exitu non obscure loquitur. Audi si placet ipsa illius verba, quibus ea quae dixi testatur. In prima, inquit, mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis id imputetur. Dominus autem mihi adstitit, et corroboravit me, ut per me praedicatio impleatur, et audiant omnes gentes. Et liberatus sum de ore leonis. Quibus verbis satis aperte significat, se prius quidem ex leonis ore, servatum fuisse; quo per ipsum Evangelii praedicatio compleretur. Neronem scilicet ita designans propter animi crudelitatem. Sed paulo post non huic simile aliquid adjunxit: liberabit me, inquit, de ore leonis. Jam enim divino afflatus spiritu imminentem sibi mortem providebat. Quocirca postquam dixit, liberatus sum e ore leonis, statim addit, liberabit me dominus ab omni opere malo, et servabit in regnum suum caeleste, martyrium nimirum jam iam affore significans. Quod quidem etiam evidentius in eadem epistola praedixerat his verbis: ego enim jam delibor, et tempus dissolutionis meae instat. Et in hac quidem secunda ad Timotheum epistola Lucam solum sibi adesse testatur: in priore vero defensione ne hunc quidem affuisse dicit. Quam ob causam videtur Lucas Actuum Apostolicorum historiam illo tempore conclusisse, ut omnia quae quamdiu cum Paulo versatus est, gesta fuerant, commemoraret. Haec idcirco a nobis dicta sunt, ut ostendamus Paulum non in primo illo, cujus meminit Lucas in urbem Romam adventu martyrio esse perfunctum. Quippe probabile est, Paulum pro fide nostra defensionem [illegible] Neroni qui circa initia imperii clementius se gerebat, benigne admissam fuisse: verum cum postea ad detestanda quaeque facinora idem Nero prorupisset, apostolos quoque cum caeteris [illegible] sequitum esse expertos. Euseb. l. 2. histor. c. 22.

Ac Paulus quidem Romae capite truncatus, Petrus vero cruci suffixus fuisse eodem Nerone regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri, Paulique nomina insignita monumentis, quae in urbe Roma in hodiernum usque diem visuntur. Sed et Cajus quidam vir catholicus, qui Zephyrini Romanae urbis Episcopi temporibus floruit, in eo libro, quem scripsit adversus Proculum quendam sectae Cataphrygarum de locis quo praedictorum Apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur: Ego vero, inquit, Apostolorum trophaea possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi trophaea eorum, qui Ecclesiam illam fundaverunt. Porro ambos uno eodemque tempore martyrium subiisse, Dionysius Corinthiorum Episcopus ad Romanos scribens, testatur his verbis: Ita et vos, inquit, tanta admonitione vestra sementem, quae Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet et Corinthios simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi sparsis Evangelicae doctrinae seminibus nos instituerunt, et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt. Atque haec idcirco retuli, ut rei gestae [illegible] magis ac magis firmaretur. Euseb. l. 2. histor. c. 25.

L. / A. { Petrus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, atque Asiam Judæis, qui in dispersione erant, prædicasse existimatur. Qui ad extremum Romam veniens cruci suffixus est, capite deorsum demisso: sic enim sibi in cruce collocari, rogaverat. De Paulo jam quid attinet dicere? qui ab Hierosolymis usque ad Illyricum munus Evangelicæ prædicationis implevit, ac postremo Romæ sub Nerone martyrio perfunctus est. Hæc Origenes in tertio volumine expositionum in Genesim diversis verbis commemorat. Euseb. histor. l. 3. c. 1.

De Epistolis Petri, et aliorum

De Epistolis Apostolorum Euseb. l. 3. c. 25. ubi etiam de Hermæ Pastore.

Quibus item in provinciis Petrus Christum Judæis prædicans novi fœderis doctrinam tradiderit, satis aperte colligitur ex ea epistola, quæ ipsius omnibus, ut dixi, sine controversia adscribitur. quam quidem ille Hebræis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, perque Asiam, atque Bithyniam in dispersione agentibus scribit. Euseb. l. 3. hist. c. 4.

Cæterum omnino (Josephus) cui et hoc (in libro antiquitatum, et bell. Judaico) et in cæteris fides habeatur. Eus. l. 3. c. 9.

Inter spurios habeantur etiam actus Pauli, et liber Pastoris titulo inscriptus, et revelatio Petri: Barnabæ item epistola, et quæ dicuntur institutiones Apostolorum. Eusebius histor. l. 3. c. 25.

Additque (Cerinthus) hostis ille divinarum scripturarum mille annorum spatium in nuptialibus festis transactum iri, quo scilicet [illegible] homines decipiat. Sed et Dionysius, qui nostra ætate Alexandrinæ Ecclesiæ [illegible] fuit, in secundo de promissionibus libro, postquam nonnulla de Joannis revelatione ex veteri Ecclesiæ traditione dixit, ejusdem Cerinthi mentionem facit his verbis. Cerinthum enim, inquit, qui hæresim illam, quæ ex ipso Cerinthiana cognominata est, condidit, aiunt eum librum composuisse, indito Joannis nomine, ut [illegible] figmentis suis ex Joannis nomine mutuari vellet. Euseb. hist. Eccl. l. 3. c. 28.

Et Papias quidem Apostolorum dicta ab iis qui eos Apostolos secuti fuerant se accepisse profitetur. Aristionis autem et Joannis presbyteri (non già dell'apostolo) auditorem se dicit fuisse .... Idem præterea scriptor alia nonnulla quasi ex verbis traditione ad se pervenisse testatur, novas quasdam scilicet Servatoris parabolas ac prædicationes, aliaque fabulis propiora. Inter quæ et mille annorum spatium post corporum resurrectionem fore dicit, quo regnum Christi corporaliter hic in terra tenendum. Quæ quidem in opinionem esse videtur Papias ex male intellectis Apostolorum narrationibus, cum ea, quæ arcano quodam sensu, et exempli causa ab illis dicebantur, non satis perspiceret. Fuit enim mediocri admodum ingenio præditus, ut ex scriptis illius conjicere licet. Plerisque tamen post ipsum Ecclesiasticis scriptoribus ejusdem erroris occasionem præbuit, hominis vetustate sententiam suam tuentibus, puta Irenæo, et si quis alius eiusdem opinionis fautor exstitit. Euseb. lib. 3. histor. c. 39.

De Joannis Apocalypsi Eusebius hist. Eccl. l. [illegible] c. [illegible]

De Evangelio secundum Hebræos, sive Evangelio Nazaræorum, ejusque fragmentis et absurditate Vide Corn. a Lap. proœmii Evang. [illegible] Porro Nazaræi quidam dantur ad [illegible] [illegible] ex eodem Cornelio.

B. { Ex Corne. Canones qui faciunt Evangeliis et Evangelistis præferunt.

1. Evangelistæ sæpe non servant ordinem temporis in recensendis Christi dictis, et factis, multa enim silent unus, quæ alii exprimunt, et tamen sic suam continuant, et prosequuntur narrationem, quasi nihil sit omissum... Quocirca disparatas non raro jungunt sententias, parabolas, sermones, quæ nullam inter se habent nexum, vel ordinem, sed alio tempore, alia occasione, et de alia materia dictæ sunt a Christo.

3. Si qui contraria dicere videantur, conciliandi sunt, quod aliam, et aliam circumstantiam temporis, loci, personarum etc. ab aliis omissam spectaverint. Præclare. [illegible] a Dec. Corn. Lu. c. 2 [illegible]

5. Christus eamdem sententiam sæpe enim is ut proverbium, pluries, et ad plura, diversaque proposita accommodat.

17. [illegible] Gen. 10 [illegible] canon. S. August. lib. de doctrina Christiana c. 19 « Quidquid, ait, in sermone divino neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum Deum et proximum, fidei veritas ad cognoscendum Deum et proximum pertinet.

20. Solet in Evangelio et Scriptura integer numerus exprimi, etiamsi aliquid illi desit, aut superit. Sic numerantur discipuli Christi 70 cum proprie fuerint 72. S. August. in quæst. Evang. [illegible] Item in eo solet poni numerus definitus pro indefinito. Sic Christus relinquentibus omnia, et se sequentibus promittit centuplum. Matth. 19. 29. quod Lucas c. 18. 30 explicans dicit, recipiet multo plura.

L. i. A. ... a C ... De ... Can. 10. (Jonas Syrus) pro forte habet ut, quæ particula explicativa est, et confirmandi vim hinc habet, significans sane dicte.

* Porro Nazaræi fuere Judæi ad Christum conversi, qui cum Evangelio servandam legem Mosis ab Ecclesia ejecti sunt, ac Evangelium Hebraicum S. Matthæi, quod primo purum, intactumque servarunt additionibus quibusdam vitiasse videntur, quæ ac fecere Ebionæi, et Carpocratiani. Corn. a Lap. proœm. in Evang. c. 2.

L. B. { [illegible]

Can. [illegible] Evangelistæ et Apostoli ... [illegible]

De Chr. Corn. a Lap. ... interpres S. Matthæi ... [illegible]

Ad cavendam in Sacræ scripturæ explicatione nimia subtilitas, et argutia, æque ac plana simplexque consilitas, et medius. Unde S. Hieron. in C. 20. Matth. "Prudentem "inquit, semper admoneo lectorem ut non superstitiosus acquiescat interpretationibus "et quæ commate pro fingentium dicuntur arbitrio, sed consideret priora, media, et sequentia, "et nectat sibi universa, quæ scripta sunt. S. Scriptura ergo inter se collata, et comparata optima sui ipsius est interpres.

123. lv. Sæpe ludunt in vocibus elegantiæ causa, quæ idem verbum vel nomen [illegible] et aliter accipiunt

126. Sensus literalis parabolæ non est is, quem voces prima facie ostendunt, sed qui per res vocibus significatas designatur.

129 In parabolis æque ac in similitudinibus non omnia sunt similia, nec applicanda res significate. [illegible] exemplum hunc congerit auctor id asserentium. Vide S. Sio [illegible].

137 Evangelistæ sæpe brevitatis studio res gestas implicant, et convolvunt, qua de causa mutuo repugnantia dicere videntur: quare res gesta integrè fusius explicanda, et distinctius enucleanda est, ut consonantia appareat.

Sanctum Jesu Christi Evangelium secundum Matthæum

Cornelius a Lapide in argumento in S. Matthæum idem a Lap. Putant nonnulli hunc titulum sec. Matth. suo Evangelio esse præfixum a S. Matthæo æque ac suo a S. Marco, Luca, et Joanne. Sic enim Prophetæ suis prophetiis nomen suum præfixerunt, ut visio Isaiæ, visio Abdiæ, verba Jeremiæ etc. Verum longe verius est titulum unique Evangelio esse præfixum non ab ipsis Evangelistis, sed ab Ecclesia; id enim indicat similitudo inscriptionis. Eadem enim est inscriptio sive titulus cuiusque Evangelii, mutato duntaxat nomine Evangelistæ qui illud conscripsit. Idem clarius indicat inscriptio tituli Syriaca, quæ ita habet: In virtute Domini, Deique nostri Jeschua Christi, incipimus scribere librum sacrosancti Evangelii, præconiumque Evangelium Mathei (Matthæi) præconium. Sic et Arabica initio citata. 6.

A Lap. in C. 1. v. 17. Omnes itaque generationes etc. Ab Abraham ergo usque ad Christum sunt generationes 42, ter enim 14 faciunt 42. Lucas C. 3. numerat generationes 77. sed nullam vim ponit in numero, uti facit hic S. Matth. . . Per generationes accipe et numera personas omnes tam generantes quam genitas. Hæ enim sunt 14. Græce enim non est γενεσις idest generatio, sed γενεα idest progenies, genus, familia, et liberi, quas vitæ unius hominis. Nam generationes ipsæ præcise sunt tantum tredecim in prima tesseradecade ut videbis si numeres το genuit: hoc enim in ea tredecim vicibus repetitur, quia in ea sola numeratur primus Abraham, et ultimus David in secunda vero tesseradecade non numeratur primus in ea David, nec in tertia primus in ea Jechonias, quia hi jam nominati, et numerati sunt, ut ultimi in secunda, et tertia tesseradecade, quapropter in tertia tesseradecade addi debet una generatio, scilicet Jechonias autem genuit Jechoniam, ut in ea conflentur quatuordecim generationes: hoc est quatuordecim personæ tam generantes quam genitæ, ut repetitur [illegible] Generationes ergo omnes præcise sunt 41 personæ, vero generantes, et genitæ sunt 42 quia [illegible] propter pueritiam Abrahæ generatio hic non recensetur, sed ex Genesi nota præsupponitur.

Denique dispartitus fuit et est Evangelium explicandi modus et ratio: quare multorum enim et Chronotaxis, ut scilicet quatuor SS Evangelia sibi invicem apte intexentes, ex iis unum monotessaron quasi harmoniam contexerent. Fecit id primus Theophilus septimus a Petro Antiochiæ Episcopus, ut ait Hieronymus ad Algasiam. Deinde Tatianus Encratitarum pater, tertio Ammonius quem ut ait S Hieronymus sequutus est Eusebius Cæsareensis; recentiores multi id imitati sunt, sed magna præ cæteris cura Cornelius Jansenius. Posterior est communis, qui Evangelia sigillatim ex ordine sunt prosequuti, et etiamnum prosequuntur posteriores hosce ego sequar. Cornel. a Lap. progm. in Evangelia C. 3.

Græce eum (Matth.) scripsisse censent Cajetanus, et Anabaptistæ hic, eo quod nomina Hebraica Græce interpretetur, ut Emmanuel quod est interpretatum nobiscum Deus Matth. 1. 23 et Eli Eli lamma sabachtani, hoc est Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me Matth. C. 27. 46. Verum hæ interpretationes adjectæ sunt ab interprete Græco. Quocirca S. Hieronymus, S. Augustinus, Eusebius, cæterique omnes uno ore asserunt S. Matthæum scripsisse Hebraice, utpote rogatum a Judæis ut accitus ad gentes, quæ prædicaverat ore, eis scripto relinqueret, uti asserit S. Chrysostomus hic hom. 1. et ex eo Eutymius et S. Hieronym. de Script. Eccl. in Matthæo, et Eusebius l. 3. Historiæ C. 15. Aggiunge l'autore dell'Imperfetto progm. in Matth. Jam tamen Hebræus S. Matthæi textus intercidit. Nam quod nobis obtrusit Sebastianus Munsterus exterculatus apostata quasi a Judæis acceptum, viris probis et doctis vel ex auctore hæretico, et traditione Judæi & falsitate suspectum est et jure spurium olet. Verbotenus enim textum græcum convertit, et nimis puerilis Hebraismos imitatur et affectat. Additæ plures habet voces et phrases non Hebræas, sed Chaldaicas, et Rabbinicas, suos solœcismos, et barbarismos denique de ejus parum fida translatione variæ exstant doctorum querelæ, ait noster Gretserus. Cornel. a Lap. argumento in Matthæum

1 Et [illegible] ipsa quod populare [illegible] alii, sic [illegible] S. Ambr. progm. in Lucam.

C Historico enim stilo diximus hunc Evangelii (Lucae) librum esse digestum denique describendis magis rebus, quam exprimendis praeceptis studium uberius comparatione aliorum videmus impensum (a Luca). S. Ambr. pro. in L.

3 Denique plerique putant ipsum Dominum nostrum in quatuor Evangelii libris quatuor formis animalium figurari, quia idem homo, idem leo, idem vitulus, idem aquila. Homo quia natus ex Maria est: leo quia fortis est: vitulus quia hostia: aquila quia resurrectio est. [illegible] progm. in Lucam.

Atque ita in libris singulis forma animalium figuratur, ut uniuscujusque libri series propositum naturae, aut virtuti, aut gratiae, aut miraculo convenire videatur. Quamquam licet omnia in omnibus sint, tamen plenitudo quaedam in singulis virtutum est singularum. Unus enim moralis uberius descripsit, mores quoque hominis praeceptis uberioribus erudivit. Alius a potentia coepit expressione divinae, quod ex Rege Rex, fortis ex forti, verus ex vero vivida morte virtute contempserit. Tertius sacrificium sacerdotale praemisit, et ipsum vitulum immolationem studiose quadam plenitudine diffudit. Quartus copiosius complexus divinae miracula resurrectionis expressit. Unus igitur omnia et unus in omnibus, sicut lectum est non dissimilis in singulis, sed idem in cunctis. S. Ambr. ibid.

Sicut multi etiam pseudoprophetae fuerunt, quam prophetae, sic et nunc in novo testamento multi Evangelia scribere conati sunt quae boni nummularii non probarunt. Ut Ambr. in Luc. l. 1. in progm.

Scriptum est autem Evangelium ad Theophilum, hoc est ad eum quem Deus diligit. Si Deum diligis, ad te scriptum est: si ad te scriptum est, suscipe munus Evangelistae, pignus amici in penetralibus animi diligenter serva. Ibid.

Ad illud. Et spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. S. Amb. l. 1. Non dubium vero hoc Apostolo esse promissum. siquidem S. Joannes antequam nasceretur, matris adhuc in utero positus, Spiritus accepti gratiam designavit. Nam cum et et pater ejus, et mater nulla ante miracula fecissent, in utero parentis exiliens Domini evangelizavit adventum. Sic enim habes, quod cum advenisset mater Domini ad Elisabeth, ait illa: Ecce enim facta est salutatio tua in auribus meis, exultavit infans in utero meo. Nondum enim erat illi spiritus vitae, et spiritus gratiae. Denique et alibi vivendi substantiam praecurrere sanctificandi gratiam cognoscimus adverte, cum dicit Dominus: (Jerem. l. 1. 5) Priusquam te formarem in utero, novi te; et priusquam exires de vulva matris, sanctificavi te, et prophetam in gentibus posui te. Alius enim est spiritus vitae hujus, alius gratiae. Ille nascendi initium exordium, moriendi defectum: iste non temporibus, non aetatibus exercetur, non obitu extinguitur, non alvo matris excluditur..... Et Spiritu, inquit, sancto replebitur. Cui enim adest spiritus gratiae, nihil deest. Et cui Spiritus sanctus infunditur, magnarum virtutum plenitudo est. S. Ambr. in L. l. 1.

In spiritu et virtute Eliae. Et ideo fortasse in spiritu et virtute Eliae, quia sanctus Elias et virtutem magnam habuit, et gratiam: virtutem, ut ad fidem animos populorum a perfidia retorqueret, virtutem abstinentiae, atque patientiae, et spiritum prophetandi. In deserto Elias, in deserto Joannes. Ille corvis pascebatur, hic omnes et inertes omnes voluptatis illecebras, parsimoniam praetulit, ~~luxumque~~ luxumque contempsit. Ille Achab regis gratiam non quaesivit, hic sprevit Herodis. Ille Jordanem divisit, hic ad lavacrum salutare convertit. Hic cum Domino versatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria. Hic prioris, ille sequentis Dominici praecursor adventus. Ille post triennium pluvias terris rogavit, et hic post triennium arentem nostri corporis humum fidei imbre perfudit. Et quisquis triennium sit? Ecce inquit anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, et non invenio. Mysticus enim numerus debebatur, ut salus populis redderetur. Unus in Patriarchis annus. Denique ex hominibus tunc annis proventus fuit, qualis famae non fuit postea repertus. Alius in Moyse, et prophetis alterius. Tertius in Domini Salvatoris adventu. Ecce inquit annum Domini acceptum, et diem retributionis.

Venit ergo Joannes in spiritu, et virtute Eliae. Ibid. l. 1.

Cur virgo desponsata viro. Et bene utrumque posuit Scriptura, ut et desponsata esset, et virgo: virgo, ut expers virilis consortii videretur; desponsata, ne temeratae virginitatis aduretur infamia, cui gravis alvus corruptelae videretur insigne praeferre. Idem l. 2. Non mediocris quoque causa est, ut virginitatem Mariae falleret principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem, ut dixi, principis mundi fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, cum apostoli jubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriam de remedio, cum daemones praecipiuntur silere de Dei filio. Quod etiam Apostolus declaravit dicens: Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum istius saeculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent. Hoc est, nunquam me Dominum morte pensassent... Diabolus enim etsi aliquando dubitavit, cum diceret: si filius Dei es, mitte te deorsum, tamen sed sero cognovit, et discessit ab eo. Cognoverunt et daemones, qui dicebant: novimus te qui es, Jesus Filius Dei. Quid venisti ante tempus torquere nos? Principes autem saeculi non cognoverunt. Quo majore possumus id Apostolicae sententiae probare documento, si enim cognovissent?

num etiam malitia facile etiam occulta deprehendit. At vero quae sequuntur vanitatibus occupari sunt divina non formant. S. Ambr. in Luc. l. 2.

Nec te moveat, quod frequenter Scriptura coniugem dicit: non enim virginitatis ereptio, sed coniugii testificatio nuptiarum celebratio declaratur. Denique quam non accepit nemo dimittit. Et ideo qui volebat dimittere fatebatur acceptam. S. Amb. l. 2. in Luc.

Nemini etiam movere non debet quod ait Evangelista: non cognovit eam, donec peperit filium. Illud enim velut idioma Scripturae est, sicut habes alibi: et donec senescatis ego sum. Esai. 46. Numquid post illam senectutem Deus esse desiit? Et in psalmo 109. dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Numquid postea non sedebit? Vel quoniam qui causam agit satis putat quod causae est dicere, reliqua causa non requirit: satis enim est ei ut causam susceptionis adstruat, incidentia differt. Et ideo quia incarnationis incorruptum susceperat probare mysterium, non putavit ulterius persequendum virginitatis Mariae testimonium, ne defensor magis Virginis, quam assertor mysterii crederetur. S. Ambr. in Luc. l. 2.

Et erat cogitans, qualis esset haec salutatio. Erat cogitans cum verecundia, quia pavebat, cum prudentia, quia benedictionis novam formulam mirabatur, quae nusquam lecta est, nusquam ante comperta. Soli Mariae haec salutatio servabatur. Bene enim sola gratia plena dicitur, quae sola gratiam quam nulla alia meruerat consecuta est, ut gratiae repleretur auctore. S. Ambr. in Luc. l. 2.

Sequere scripturas, ut errare non possis. S. Ambr. in Luc. l. 2.

Quoniam virum non cognovi. vers. S. Amb. l. 2.

~~Etenim cum dixit~~ (Videtur hic non credidisse Maria, nisi diligenter advertas.... Etenim cum dixit quomodo fiet istud non de effectu dubitavit, sed qualitatem ipsius quaesivit effectus.... Virginem parere divini est signum mysterii, non humani. Accipite, inquit, Esai. c. 7. Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium. Legerat hoc Maria, ideo credidit futurum. Sed quomodo fieret, ante non legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel tanto prophetae fuerat revelatum. Tanti namque mandati mysterium non hominis fuit, sed angeli ore promendum. Hodie primum auditur. Spiritus Sanctus superveniet in te. Et auditur, et creditur. S. Amb. in Luc. l. 2.

Ancillam dicendo nullam sibi praerogativam tantae gratiae vindicavit, quae faceret, quod juberetur. ib. l. 2.

